

847

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Neuchâtel, 6 février 1540.

Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 13.

S. Gratiam et pacem a Deo! *Et omnes fratres et ego vel maxime lassissimi sumus, toties causa Caroli fatigati. Tractabatur in cœtu nostro, ob Grynæi amicas literas ad omnes scriptas*¹, ac propter ea que tu scribis de aperienda omnium mente in fratres quos in Domino colimus², quos et optamus semper magis ac magis in ecclesia Christi proficere, non solum sibi, verum etiam aliis. Dolet non parum tam multos bonis fratribus abuti; sed plus affert consolationis magisque recreat, quod boni quoque non inutilem experiuntur tam piorum fratrum operam. Quare discipientes, ut unum sint ac verè habeantur cum omnibus qui *istic* Christo militant, ut omnium nomine scriberem³, quamvis — mihi conscius quam sim ineptus ad hoc præstandum, ac quam posset commodius ab alio fieri cui nihil intercessisset cum *Carolo*, quique et bona valetudine ac vi dicendi potentior esset, cum utrisque destituerer, — conarer à me onus rejicere; verum pergentibus, cum in hoc sim ut fratribus bona suadentibus nemo reluctetur, fuit mos gerendus. Hoc impetravi ut tantum per te indicarem aliis, sic tamen ut nihil proponas nisi quod ad perfectam charitatem conservandam et Ecclesie commoda fecerit; nam eò tendit omnium affectus.

Primum igitur hoc exoptant fratres, ut dona Dei tam insignia tantorum Christi ministrorum, sicut integerrimè ipsis utuntur multa fide ac diligentia boni viri, ita cautè multa circumspectione idque

¹ Cette lettre de *Grynæus* est perdue. Elle répondait, sans doute, à celle des pasteurs neuchâtelois mentionnée plus haut par Calvin (N° 845, renv. de n. 10-11).

² Édition de Brunswick : *colamus*. Il y a ici une allusion aux pasteurs de Strasbourg.

³ C'est-à-dire, au nom de la Classe de Neuchâtel.

ubi Ecclesie causa agitur. Nam in propriis, ut suspicax non est charitas, sic in iis quæ totum respiciunt corpus Christi, nihil deferendum huic aut illi; sed vel cum jactura membri, si res poscat, corpori est consulendum. Quod experti in nobis dolemus, dum aliquando cupientes adesse alicui, vel ab aliis persuasi, quantum nonnullis indulgimus, tantum Ecclesie parum prospeximus⁴. Hic te appello si non et contigerit, dum admiramur titulos⁵, ac audimus affectibus propriis inflammatos, qui etiamnum sic ardent ut sibi excidant. Siquidem ita ferri quosdam video ut quicquid probent aliqui illis improbetur; sufficiens est causa ut respuant, non ingratum aliis esse; ut amplectentur, ab aliis non probari, ac si Marius omnes reputaret amicos qui Scyllæ non placerent. Hic flagitant diligentem rerum examinationem, non personarum affectum. Sanè qui vel ut viscera in Domino mihi chari et intimi fuerunt, hac ratione tam graviter me offenderunt ut tantum memoria me cruciet. Si factiones in omni republica sunt perniciosæ, in Ecclesia mihi sunt ipsa perniciosa. *Ego cum fratribus causam Domini volo tantum curari, et non alicujus. Omnes dejiciantur et nihil sint in seipsis, ut Christus exaltetur et omnia sit.* Cui quam miserrimè servitur jam, tam sunt plerique omnes ambitiosi seque quærentes ac sua, ut Christi nullam habeant rationem! Et quò plus pergo, plus experior in iis quos ardere oportet pro Christi gloria. Hic, frater, labora⁶ ne quibusvis fucis sub Christi nomine fides habeatur, ac *tanti fratres*⁷ illorum non serviant affectibus. Quam vellem hic possem fratribus satisfacere, ac quod expertus sum eloqui! Sed te puto capere quid velim.

Alterum est, quòd currentes ut alios Domino lucrifaciant, ac satagentes ut concilient omnes, si potest fieri, sic agant ut multo parte labore non pereant, ac conjuncta non desiliant; neve fiat ut quæ stabant cadant, quæ surgebant suffocentur, et quæ prodire poterant impediantur, et desperata firmentur. Nam quæ à nostris prodeunt, si non rectè fiant, quantam putas ruinam cient? *Ab Alto-monte* nobis est testis infelix⁸, sicut et opera quibus potest *papismus*

⁴ Aven relatif à l'accueil indulgent que les ministres neuchâtois avaient fait à *Caroli*, en juillet 1539.

⁵ Allusion à ceux des ministres qui étaient pleins de déférence pour les deux docteurs de Sorbonne *P. Caroli* et *Jean Morand*.

⁶ Édition de Brunswick : *laboro*.

⁷ Les frères de Strasbourg.

⁸ *Louis du Tillet*, seigneur de *Haulmont* (Voy. les Indices des t. IV, V, et le N° 825).

vel in parte firmari. *Hoc jubebar attingere, sed peculiariter de focenda vel potius resarcienda concordia cum Tigurinis*⁹, quorum ecclesia non potest contemni; siquidem à nonnullis subindicabatur parùm convenire. Hic valde laborandum, bene ut conveniat¹⁰. Vereor ne per eos qui fratribus se fingunt qui *istic* sunt amicos, et aliis quoque, semina odii, imò incendium alatur, ut in aliis etiam est videre, dum interdum liberiùs scripta, non ut scribuntur, aut non à quibus oportet accipiuntur; suppressa expediret magis aliqua, et nescire multos. At Satan illud urget ut querant non pauci quod ad dissidia facit, magis quàm paci servientia. *Intelligo istinc scriptum fuisse, huc missa fratrum acta*¹¹, *sicque per nos celata ut ad alios non pervenerint. Si missa fuerunt, mihi sanè non fuerunt missa*. Nam ex fructu actionis *illius de quo agitur*, uvam¹² acerbissimam cogebam tunc devorare, cum nihil magis ad mortem raperet me, quàm ecclesiarum per *illum* facta ruina, ut taceam de viri commilitonibus. Et, ut aliquid inter ea quæ fratrum sunt, de meis immisceam, judicor solus¹³ effecisse ne triumpharet actor. Quis speret, aliud cogitare in hac causa eos qui audent affirmare quicquid ab aliis fit aut curatur, quamvis nemo minùs resciat quàm ego, autorem me esse.

Cum hac transiret *Viretus Berna rediens*¹⁴, contuli nonnulla

⁹ Voyez, sur l'état des relations entre l'église de *Zurich* et celle de *Strasbourg*, le t. V, p. 141, n. 6, et la lettre de Calvin à Bullinger du 12 mars 1540.

¹⁰ Ces trois derniers mots sont écrits à la marge.

¹¹ Les *Actes* de la réconciliation opérée à Strasbourg (N° 822), au sujet desquels *Grynæus* écrivait à Calvin, le 25 octobre 1539 : « Ad *Farellum* acta cum Carolo ante omnia mitti diligenter oportet, et per eum ad alios » (p. 109). Les nouveaux éditeurs de Calvin disent au contraire (o. c. XI, 15), que ces *Acta* sont ceux de la conférence tenue à la Neuveville en juillet 1539, lesquels avaient été légalisés du 29 au 31 janvier 1540 (t. V, p. 457-462). Il serait singulier que l'envoi de ces *Actes* à Neuchâtel eût été ignoré de *Farel* jusqu'à ce moment-là, et qu'il l'eût appris par une lettre de Strasbourg. En outre, ne connaissait-il pas la teneur générale du susdit document, pour avoir assisté en personne à la conférence de la Neuveville (p. 87, premier paragraphe) ?

¹² Dans l'édition de Brunswick, *unam*.

¹³ *Ibidem*, *iudices solos*.

¹⁴ Le lundi 2 février, *Pierre Viret* avait paru devant le Conseil de Berne, avec *Matthieu [de la Croix]*, pasteur à Lutry, et ils avaient, à eux deux, présenté un rapport qui concluait à l'érection d'un collège à *Lausanne*, et de plusieurs écoles dans les villes du Pays de Vaud (Manuel de Berne du dit jour).

quæ scribis ad me ¹⁵. Miratur prætexere *Carolus* quòd desideret aliquid in doctrina, et quòd abrogata à nobis non sic essent abroganda, cum secùs locutus fuisset *Agathopoli* ¹⁶ : quod *Viretus* tum tibi tum aliis indicasse affirmabat dum essetis *Basileæ* ¹⁷, adeò ut tam possetis omnia tenere quàm qui aderant. Per ea quæ varia occurrunt, ac literas *Grynæi*, quibus puto fratres admonitos ut de omnibus tractarent cum homine ¹⁸, judico non venisse in mentem audita de *actione Agatho[politana]* ¹⁹; cumque ²⁰ ipse vellem tantùm efficere ut fratres incumberent lucrificando *Carolo*, ut victus officiis fratrum se ac s[ua detestare]tur (nam sic volebam, ut toties indicavi, officiosè præstari omnia quæ possunt sine jactura Ecclesiæ fie[ri] et d[is]ciplinæ eversione), *non attigi acta inter nos, in quibus nihil concludebatur* ²¹, sed spes affulgebat omnia rectè componenda tandem. Satis fuit intelligere per alium vos accepisse quæ oportebat, ne quid fieret nisi ut decet.

Non intellectam dicis nostram commendationem tantùm civilem fuisse, sicut nec civiliter unquam proposuimus commendare, sed ex animo et in Domino, nec aliter quàm vellemus nobiscum agi. Tamen de ministerio neque cum illo nec cum aliquo mentionem unquam fecimus ²². Reputo posse aliquem nobis commendatum censi valde, cui nos studentes officiis adesse, non præficimus ²³ eum nec præfi-

¹⁵ Allusion à une lettre de Calvin que nous n'avons pas et qui dut être écrite dans la seconde moitié de janvier.

¹⁶ A la conférence de *la Neuveville*, où *Viret* avait été présent (t. V, p. 351, 355, 371).

¹⁷ *Viret* était-il allé jusqu'à *Bâle*? Dans ce cas, il aurait pu renseigner *Calvin* sur les résultats réels du colloque de *la Neuveville*, et de manière à ne lui laisser aucune illusion (t. V, p. 371, renv. de n. 3-6). Mais il est plus vraisemblable que les mots *tibi... indicasse affirmabat* se rapportent uniquement à la lettre écrite à *Grynæus* par *Viret* et *Zébédée*, après l'assemblée de *la Neuveville*. *Grynæus* aurait communiqué cette lettre à *Calvin*, qui se trouvait à *Bâle* en juillet 1539, on ne sait à quelle occasion.

¹⁸ Farel veut parler d'une épître de *Grynæus* adressée aux pasteurs de Strasbourg, après la réception de la lettre de *Viret* (n. 17).

¹⁹ Ici et un peu plus loin le manuscrit est entièrement rongé.

²⁰ Édition de Brunswick : *quæcumque ipse*.

²¹ C'est ce qui nous a autorisé à dire (p. 56, n. 14) que *P. Caroli* n'avait pris aucun engagement formel envers les pasteurs neuchâtelois. — Le texte de Brunswick porte un point après *eversione*, et la phrase suivante y commence par ces mots : *Non attigeram*, etc.

²² A comparer avec la page 95, lignes 6-32.

²³ Édition de Brunswick : *præfecimus*.

ciendum judicamus ministerio. Cumque queraris *de solenni illa pœnitentia*, qua nunc vix emergentes carent ecclesiæ, quòd uti non licuit, — non te fugit plerisque conclusum fuisse pœnitentem in numerum ministrorum non admittendum, et eos qui defecerunt à clero tardè admissos in communionem plebis, sed tardissimè restitutos in numerum ministrorum. Cum ea quæ difficilè introduci nunc possunt, ob malè cohærentes ac sic variè in hac re affectos fratres symmystas, fieri non potuerint²⁴, prætermittuntur quæ fieri convenientissimè poterant. Quid enim aliud subsecutum fuisset quàm omnium aedificatio, si frater, admonitus quàm graviter peccasset quàmque omnes aegrè tulissent, audiret omnes plurimum in Domino gaudere quòd rediisset, ac hujus gratia charissimum esse, quòd perditas cum esset, a Domino sit inventus, mortuus revixerit? quare omnes precibus ad Dominum adjuturi sint ipsum ac omnia acturi quæ Dominus dederit in gratiam ipsius: tantùm contendat ita aedificare quantum destruxit, ut omnes meritò adigantur rationem ipsius habere in ecclesia Domini.

Hoc sanè non parùm afficit, quòd concessa et affirmata negat ut dubia. Magis cum fratribus expostulare videtur quàm reconciliationem cupere. Sic aiunt qui *acta* viderunt in ipsis haberi²⁵, quod non putatur evenisse nisi (quod et tu indicasti aliàs²⁶) ex iis qui non tantùm Dei et aequitatis, imò et sui immemores fiunt, dum affectus urgent ipsos. Non inexperto loquor, vidisti; nihil decessit, si non accreverit, maximo ecclesiarum malo. Hoc enim pessimum est, timorem Domini ac omnem quo rapì in Christum debemus nobis excuti affectum, nec ecclesiarum nullam [l. ullam] habere rationem, modò nobis indulgeamus. *Quàm sunt ii vitandi vastatores ecclesiarum! Si scires, frater integerrime, quibus artibus impetantur optimi fratres, ut purioris vitæ ita sanioris doctrine, ab iis qui præter nugas indoctas nihil didicerunt, et quantò mens fuit indoctior, tantò vita impurior, non posses non stupescere*²⁷. *Triticeus noster primus domi post uxorem in lolium degeneravit*²⁸, et de quibus nihil minus

²⁴ Ibidem, *potuerunt*.

²⁵ Farel n'avait donc pas encore vu les *Actes* envoyés de Strasbourg (n. 11).

²⁶ Édition de Brunswick : *alios*.

²⁷ Allusion aux intrigues d'*Antoine Froment* contre son collègue *Christophe Fabri* (Voy. le N° 848).

²⁸ Voyez, sur *Marie d'Entière*, femme de Froment (*Triticeus*), le t. V, p. 151, 296, 304, 456, 457. On sait maintenant, grâce à M. Théophile

speravissimus, cum tam malè²⁷ audirent apud sectarum amatores, quibus infensi erant, videntur hostium more agere, non ut Christi milites, ut causam Evangelii toto pectore tueantur, sed veluti conjurati sese tueantur, ut possint alios in ordinem cogere³⁰.

Hic res pergit non tam malè ut olim; laborandum nobis est in fovendis iis qui nobis pro fratribus erant hostes³¹. Capunculus jam olfacit quid olim tentatum fuerit in nos, ac quorsum rogatus sit sapiùs³², ac miratur tales esse. Nonnulli, cum sibi ac Ecclesie perniciem conciverint, alios impellentes, impulsì rursus, nescio an à pontificiis aliquid capiant, pergunt semper nec culpam agnoscunt. Dominus ex alto succurrat, et quæ instant mala avertat! Nam indicibilis apparet tolerantia Dei, quem flagitamus omnibus propitium miseris nobis succurrere, cor novum omnibus largiri, fugatis vitiis, veras indat³³ omnibus virtutes.

Nicolaus tui amantissimus miro discendi studio captus, idque ex te ac aliis qui istic agunt, voluit istuc descendere³⁴, cui non potui reluctari, etsi opera multorum hic valde necessaria esset; imò

Dufour (Notice citée, p. 158), qu'elle avait épousé en premières noces *Simon Robert*, ancien curé de Tournay, qui se réfugia avec elle à Strasbourg et qui fut, dès 1528, pasteur dans le pays de Berne (Index du t. III). Il mourut à *Aigle*, en mars ou avril 1533, laissant sa famille dans la pauvreté.

Peu de temps après, *Marie d'Entière* se remaria avec *Antoine Froment*, et elle le rejoignit à Genève au mois de mars 1535 (III, 280). Cette femme orgueilleuse et vindicative fut, malgré tout son esprit, une mauvaise conseillère pour son nouvel époux, qu'elle dominait absolument. Elle prépara sa ruine morale, en permettant qu'il cherchât dans le négoce une aisance que la carrière pastorale ne pouvait pas lui donner. Et ainsi, pendant toute la semaine, il tenait une boutique d'épicerie, et le dimanche il montait en chaire. Quand il fut transféré à *Thonon* (1537), *Froment* spécula en grand sur les vins, sur les huiles, et, toujours plus âpre au gain, il cumula avec ses fonctions de diacre celles de péager. Choses dignes d'un vrai *Démas*, disaient les pasteurs du Chablais dans une lettre que nous donnerons plus loin.

²⁹ Édition de Brunswick : *mala*.

³⁰ C'est probablement une allusion à quelques pasteurs de la Classe d'Yverdon.

³¹ Farel a surtout en vue son collègue *Jean Chaponneau* (t. V, p. 249, n. 15: 448, renv. de note 5).

³² A comparer avec la p. 92, renvois de note 58, 59.

³³ Dans l'édition de Brunswick : *indet.*

³⁴ *Nicolas Parent* (p. 103, n. 116). Il acheva ses études à *Strasbourg*, où il fut consacré au saint ministère par Jean Calvin.

currentem hortatus sum. Ex eo potes omnia intelligere quæ me fovent et quæ angunt. Si commendatione apud te esset opus, commendarem studiosiùs; siquidem et agro et utcumque restituto mihi ministravit non improbè, potissimùm si affectum quis intueatur.

Omnes salutabis quàm officiosissimè, *Capitonem* imprimis, *Bucerum*, *Hedionem*, *Belrotum*, et nunquam prætereundum *Sturmium*³⁵, *Gallos* omnes saluta plurimùm, quos in Domino sic cupio³⁶ pergere ut per eos Christi gloria illustretur. Quàm te cupiant omnes fratres salvere³⁷, malo te, ut potes, apud te reputare quàm possim frigidè indicare. *Thomas* præcipuè, *Capunculus*, *Michaël uterque*³⁸, et totis votis *Capitonem* et *Bucerum* cum aliis symmystis, quibus optant arctissimo nexu perpetuò junctos³⁹ se perdurare. Non possum non addere *Fatonum* cum *Cunero*⁴⁰. Utinam sic possem ipsorum affectum exprimere ut ardentè optant vobis omnia in Domino felicia. Vale, nec patere aliquid de pio fratrum affectu labefactari in te et fratres, ob scriptionem hanc tam miseram. Omnia eram laceraturus, nisi apud te reputarem tantùm mihi licere, ac sperarem te miserè ac improvidè scripta feliciter ac prudenter redditurum, additis quæ desunt, suppressis quæ item oportet. Præterea cum istis agitur quos satis novi plus in me intueri quid velim, quàm quid dicam⁴¹. Vale iterum, ac omnes tecum. Neocomi, 6 februarii 1540.

Tuus totus FARELLUS.

(*Inscriptio* :) Quàm charissimo fratri Jo. Calvino, Gallorum pastori, Argentorati.

³⁵ *Jean Sturm*, ami intime de Calvin (V, 321, rev. de n. 5).

³⁶ Éd. de Brunswick : *quos in Domino cupio pergere*.

³⁷ *Ibidem*, *salvum*.

³⁸ *Thomas* désigne *Barbarin*. Quant aux deux *Michel*, il ne s'agit pas ici de deux frères, mais de *Michel Mulot* et de *Michel Dobb*, lequel avait quitté le pays d'Aigle pour servir l'église de Neuchâtel (Voy. l'Index du t. III et la lettre de Farel du 31 mai 1543).

³⁹ Édition de Brunswick : *inimctos*.

⁴⁰ *Jean Faton* et *Thomas Cunier*, que le traducteur anglais des Lettres de Calvin appelle ailleurs *Onerus*.

⁴¹ *Farel* avait passé un an et demi à *Strasbourg* (1525-1526) et formé les plus douces relations avec *Bucer*, *Capiton* et d'autres pasteurs de cette ville (I, 455-457; V, 407, 408).

848

GUILLAUME FAREL à Christophe Fabri, à Thonon.

De Neuchâtel, 8 février 1540.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Gratiam et pacem a Deo! *Non est quòd frangaris*, charissime frater, *istis que sic te ac pios tecum turbant et afflictant*¹. Prædicta sunt a Domino, et sicut verè sentimus juxta verbum Christi afflictiones, sicut [l. sic] verè credamus, consolationes et perpetuas nos recepturos, tristitiamque omnem in gaudium vertendam, quod nemo poterit in minimo labefactare, quin perpetuum sit et quàm maximum, sine doloris mixtura. Durandum igitur ac perseverandum, quoniam non datur corona nisi legitimè certanti.

Ex iis quæ *Turterus*² ex *Frumento* retulit sub mundinas³, cum post ægritudinem⁴ neque ipsum neque alium hîc viderim, ac rursus quæ *Bursarium*⁵ audio de te dixisse, *satis patet te iniquissimè tr ductum, non solum apud symonistas, verùm etiam apud seatum*⁶.

¹ Allusion au chagrin que les intrigues de *Froment* causaient à Fabri et à ses collègues (n. 6, 9).

^{2,3} *Hugues Turtaz*, pasteur à Morat, était venu à *Neuchâtel* pour la foire dite de la Chandeleur, qui se tenait toujours un mercredi. Ce fut donc le 4 février qu'il informa *Farel* de l'entretien qu'il avait eu avec *Froment*, à Morat, trois ou quatre semaines auparavant.

⁴ C'est-à-dire, après la maladie dont il relevait en décembre 1539 (N° 843, renv. de n. 24).

⁵ *Michel Augsburgers*, trésorier du Pays romand, ou peut-être *Éberard de Rumlang*, secrétaire des Comptes de MM. de Berne.

⁶ *Froment*, toujours rebelle aux admonitions de la Classe de Thonon, s'était rendu à *Berne*, au mois de janvier, pour accuser, devant le Consistoire et devant le Petit Conseil, *Christophe Fabri*, qui était doyen de la susdite Classe. Ce voyage faillit lui coûter cher. Au lieu de prendre, pour son retour, la route de Payerne, Moudon et Lausanne, il suivit celle de *Fribourg*. Arrivé dans cette ville, le samedi soir 10 janvier, il logea avec ses deux compagnons à l'hôtel de la *Couronne*, où se trouvaient *Hugonin du Jordil*, de Corseaux, et son valet *Pierre Coctet*. Après le souper, ces

Quàm acerbè tulerim actionem Frumenti, vix expressero. Priùs reputabam incogitantia, ne dicam indocta et ignara simplicitate peccare, ac rursus sic raptum affectibus ferri, ut nou satis sciret quid ageret, multa perturbans, ne dicam dissipans, ut laborandum fuerit non parùm in sarcienis quæ laceraverat : parùm institutus in Scripturis et minùs providus in actionibus. Tamen nunquam potuissem id credere, tanta iniquitate ac tam malignè in fratrem charissimum insurrecturum, et sine Dei timore ruinam confusione plenam ecclesiis procuraturum. O miserum hominem et certè dignum qui uxori nupserit, cumque affectibus plus satis inservierit, quid mirum sic addictus servituti serviat miserè⁷? Tuum erit videre, si sanitatis spes ulla sit, ut in hoc labores, teipsum subdens Christo, cujus gratia prospiciens ecclesiis, non quid homo meritis sit intueberis, sed quid te velit Christus. Scribo paucis⁸ quæ te volo videre, ac ut judicaris facito : vel redde aut supprime, nam hoc cupio ædificare nec secùs aliquid agere.

Fratres priùs viderunt Catechismum⁹ quàm ego, sed nihil ab eis accepi. Visum est mihi quædam meritò addenda, ne facilè errent postea qui sequentur, ac rursus ne quid meritò calumniari quis possit. Gaucherio¹⁰ omnia tradidi. Vale ac dura, semper Dominum invocans. Vide quòd calumnias à capite tuo depellas, satagens ut veritas pateat. Saluta omnes pios in Domino, quibus opto Dominum semper adiutorem, qui et impiis sit propitiis, corda immutans, sed imprimis Alexandrum, Antonium et Joannem, Petrum cum Porreo¹¹

deux derniers personnages, qui avaient sans doute reconnu le prédicant à son costume ou à ses discours, entrèrent brusquement dans la chambre où il était couché, et Pierre Coctet tira son épée et s'avança en disant : « Où sont ces méchantes gens qui disent que la messe n'est pas bonne ? » Le coup qu'il allait porter à Froment fut détourné par Noble Claude Charvin, de la Tour de Peilz, qui était accouru à son secours. Il expulsa les agresseurs, et, le lendemain, il escorta « le prédicant » hors de la ville (Enquête faite à Vevey, le 29 janvier 1549, par Augustin de Lutternow, bailli de Chillon. Arch. du C. de Vaud).

⁷ Voyez la note 23 du N° précédent.

⁸ Il faut sous-entendre : *ad Frumentum*.

⁹ C'est le *Catéchisme* que Fabri avait composé pour l'instruction de la jeunesse, et qu'il fit imprimer en 1551 sous le titre suivant : « *Familière Instruction pour l'Église de Neuchâtel*. » La suite du discours donne à entendre que Froment avait trouvé quelque chose à dénoncer dans cet opuscule.

¹⁰ Gauchier Farel, frère du Réformateur.

¹¹ Alexandre Sedeille ou Sedille, Antoine Rabier, Jean Papillon, Pierre

178 [PHILIPPE MÉLANCHTHON] A JEAN CALVIN, A STRASBOURG. 1540
et quos nosti pios. Videte ut ruinis occurratis idque diligenter.
invocato Domino ne ruinam superaddatis ruinæ. Nam vos non
præterit Satanam sic agere quosdam, ut putent se regnare ac se
puros ac ter sanctos, si alii miserè perdantur ac errasse convin-
cantur. Vobis hoc maximè fugiendum. Omnium quærenda est salus
et perditissimorum etiam hominum, Ecclesiæ utilitas et ædificatio
ac gloriæ Christi et Evangelii illustratio, ferendo etiam indignissi-
mos. Dominus Jesus te ac omnes tecum servet! Vale bene ac fortis
esto. Neocomi, 8 februarii 1540.

Tuus FARELLUS.

(*Inscriptio* :) Suo Christophoro fratri chariss. Tononii.

849

[PHILIPPE MÉLANCHTHON] à Jean Calvin, à Strasbourg.
(De Wittenberg) 11 février 1540.

Autographe. Bibl. Nationale. Coll. du Puy, t. 268. Calvini Opera.
Brunsvigæ, XI, 17.

S. D. Illic tabellarius *Senensem* se esse ait et fuisse sacrificulum,
ac venisse in periculum, propterea quòd quædam liberiùs dixerit
adversùs pontificum et sacerdotum luxum¹. Apud nos sanè
modestè vixit. Nunc cupit proficisci in *Sabaudiam*², ubi sperat se
plus posse proficere, aut fortassis etiam servire ecclesiis. Rogo igi-
tur te ut eum *Sabaudiensibus* commendes. Degustavi multa Italica
ingenia, sed si possumus, beneficiamus aliquibus.

Te ex animo amo et precor Christum ut te gubernet. Spero
Bucerum et nos brevi in *conventu Smalcaldensi* unà futuros esse.
*Habeo apud me hospitem Gullum, Johannem Fraxineum*³, eruditum

de la Fontaine et Michel Porret, tous mentionnés plus haut (p. 27,
n. 95, 97).

¹ Le nom de ce réfugié, natif de *Sieme*, nous est inconnu.

² Voyez, sur ce qu'on entendait par « le pays de *Savoie*, » le t. V,
p. 64, n. 20, p. 335, n. 8.

³ Ce *Joannes Fraxineus* pourrait être identifié avec *Jean de Monstiers*,

*et probum hominem, qui de te amanter et saepe loquitur. Bene et feliciter vale. XI die Februarii 1540*¹.

(*Inscriptio* :) Egregia doctrina et pietate praedito D. Calvino, Argentinae, amico suo cariss.

850

ROBERT ESTIENNE à [Jean Ribit, à Vevey?]¹

De Paris, 16 février 1540.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calvini Opp. Brunsv. XI, 18.

Recepi literas tuas 16^a Februarii, ad quas pluribus respondere non possum propter occupationes. *Perge, obsecro, in emendando nostro thesauro, et colligendis quae ex probatis illis authoribus*

seigneur de Fresse ou de Fresne, qui a publié plusieurs ouvrages, et qui fut évêque de Bayonne de 1550 à 1565. On lit dans Sleidan, à l'année 1551 : « [Galliae rex] Baionensem episcopum, Joannem Fraxineum, ei [scil. Mauricio] miserat occultè, hominem jam antea diu versatum in Germania, nec imperitum linguae » (Éd. cit. III, 286). Voyez aussi Moréri, art. Fresse. — Le P. le Long. Bibl. hist. de la France, 1719, n^{os} 7590, 16230. — La Croix du Maine et du Verdier. — Maittaire, III, 588.

C'est par *Fraxineus* que Mélanchthon dut recevoir les nouvelles suivantes, qu'il communiquait à Vitus Theodorus, le 15 février : « In Gallias recens (*sic*) tres combusti sunt, propter doctrinae verae confessionem, Lugduni. Audio et fugisse duos Episcopos et Comitem; quosdam magnos viros antea rectè sapientes, nunc alienatos esse. Verè vides Machabaicorum similitudinem. Deus gubernet nos! » (Mel. Epp. III, 958).

⁴ La présente lettre ne porte aucune signature, mais elle est incontestablement de la main de Philippe Mélanchthon.

¹ On lit, au dos du manuscrit, cette note de la fin du seizième siècle : « *Robertus Calvino.* » Tout annonce, en effet, que nous avons ici une lettre de *Robert Estienne*, le célèbre imprimeur; mais comment croire qu'elle ait été écrite à *Jean Calvin*? Était-il l'homme qu'il fallait pour la révision minutieuse du *Thesaurus* d'Estienne? Avait-il assez de loisir pour se charger de ce travail, lui qui se reprochait d'avoir accepté d'autres occupations étrangères à son ministère (N^o 845, renv. de n. 26)? Et ce pasteur qui vivait dans la gêne (p. 32, renv. de n. 32; t. V, p. 270, 291,

*deerunt*² : eousque ut ne graviora postponas. *Feci partim quod colebas de libris. Non soleo à nostris bibliopolis quicquam accipere nisi presenti pecunia*³. *Præsentem non habeo propter æs alienum multum quo laboro*⁴, ad quod etiam dissolvendum totis viribus nitor. Magnam enim ea res molestiam affert mihi. Rem totam narravi amico tuo qui mihi tuas literas reddidit. *Minoris multò emissem nomine meo præsentem pecunia, quàm fide mea interposita*⁵. Libri

307) pouvait-il acheter des livres pour une somme supérieure à 200 fr. de notre monnaie, juste au moment où il songeait à se marier (N° 846, reuv. de n. 17)?

² Robert Estienne avait publié en 1532 et en 1536 son *Thesaurus Lingue Latine*, et il préparait, au prix d'immenses labeurs, un *Thesaurus Græce Lingue*, qui n'a vu le jour qu'en 1572, par les soins de son fils Henri. Duquel de ces Lexiques est-il ici question? Il semble d'abord que ce soit du premier, et que l'auteur s'adresse à l'un de ses huit collaborateurs (Guillaume Budé, Lazare de Baif, André Tiraqueau, Adrien Turnèbe, Jacques Tusan, Jacques Goupil, Gilles Perrin et Jean Thierry. Voir les préfaces de 1532, 1536, 1546, 1740). — ou à quelque professeur de latin, vivant loin de Paris (Claude Buduel ou Mathurin Cordier, par exemple).

Mais il est facile de démontrer que le correspondant inconnu était un helléniste de profession. Si c'eût été seulement un latiniste, Rob. Estienne aurait pu lui fournir immédiatement, de son propre fonds de librairie, tous les grands classiques latins, toutes les grammaires latines, toutes les rhétoriques en honneur dans les collèges (Voy. Maittaire, II, 442, 446-453, 463 et suiv. — Renouard, Annales de l'Imprim. des Estienne, 1837, 1843. — Firmin Didot, Nouv. Biographie générale, art. Estienne). C'est pourtant chez les autres libraires de Paris qu'on va querir les livres demandés (Renvois de n. 3, 5). Nous en concluons que c'étaient des livres grecs : Rob. Estienne n'en ayant imprimé aucun avant 1540. Pour en fournir lui-même à son correspondant, il aurait dû les acheter et les payer comptant.

Mais le problème serait en vain simplifié, si l'on oubliait que la présente lettre s'est trouvée parmi les papiers de Calvin, et que le personnage auquel elle était adressée a dû, par conséquent, séjourner dans la Suisse romande. Le seul helléniste qu'elle possédât en 1540, le seul, du moins, qui fût connu par des travaux de quelque valeur, était Jean Ribit, principal du collège de Vevey (t. IV, p. 258, n. 9). Il avait étudié à Paris et montrait un goût prononcé pour la lexicographie, témoin son *Index Aristotelicus*, auquel il travailla pendant plusieurs années. Il était donc très compétent pour reviser les parties les plus achevées du *Thesaurus Græce Lingue* d'Estienne, et, comme il espérait succéder à son ami Conrad Gesner (N° 797), qui voulait quitter Lausanne, l'acquisition d'un certain nombre d'auteurs grecs devait lui être indispensable (Voy. C. Gesneri, Bibl. Univ. 1545, f. 450b; 1555, f. 108a. Art. Ribittus).

³ et ⁵ De ces deux passages nous inférons, que Rob. Estienne ne possédait dans sa librairie aucun des livres demandés.

⁴ On sait avec quelle noble ardeur Robert Estienne favorisait l'étude

omnes quos petis emuntur quinquaginta tribus francis presentibus, compacti; fortasse aliàs vix emas 58. Non potui ampliùs tua causa, quàm summam tibi scribere. Præstiterit fortasse totum negotium *Freslonio* committere⁶, sunt enim vecturæ molestæ⁷: ille verò novit quibus daturus esset. Hoc mihi crede: nisi quod dixi aes alienum meum obstitisset, ea ipsa hora tibi emissem. Utinam nomine tua [l. tuo] majora præstare queam! Dominus aliquando liberabit me hujusmodi curis gravissimis. DOMINUS JESUS⁸ cum spiritu tuo! Amen. Parisiis. 1540, 16 Februarii.

Tuus quem nosti.

851

PIERRE VIRET à Henri Bullinger, à Zurich.

De Lausanne, 20 février 1540.

Autographe. Archives de Zurich. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 19.

S. gratia et pax! *Gaudebam mihi, superiore æstate, occasionem in Germaniam peregrinandi fuisse oblatam¹, speraus fore ut ad vos quoque, quò institueramus iter, tandem perveiremus, ac tua doc-*

des belles-lettres et de l'Écriture Sainte. Les nombreux livres de classes qu'il publiait « étaient vendus à un prix dont la modicité les mettait à la portée des plus pauvres écoliers. » Ses deux éditions in-folio de *la Bible Latine* (1528, 1532) lui avaient imposé des dépenses extraordinaires. « Son fils nous apprend que tant la composition que l'impression du *Thesaurus Linguae Latine* coûta à son père trente mille francs » (Firmin Didot, o. c.).

⁶ Ce passage prouve avec évidence que le libraire *Jean Frelon*, frère de *François*, était fixé à *Paris* (t. V, p. 7, n. 2). Ils avaient de fréquents rapports de commerce avec *Bâle* et les autres cantons de la Suisse protestante.

⁷ C'est un indice que le correspondant d'Estienne vivait assez loin de Paris.

⁸ Le nom de *Jésus-Christ*, tracé en lettres capitales, était presque toujours, ainsi que la salutation *grâce et paix* (Voy. p. 85, n. 15), un signe de reconnaissance entre les Évangéliques.

¹ Au mois de juillet 1539 (t. V, p. 371).

tissimorumque virorum, quorum magnus est isthic apud vos proventus, præsentia et suavissimis colloquiis frui et oblectari contineret. *Sed nescio quo casu è medio cursu revocati hac spe nostra et desiderio frustrati sumus*², quo fit ut in præsentia, postquam te coram videre et alloqui negatum est, cogar saltem utcumque literis sarcire quod tunc præstare non licuit. Scribo itaque, non quòd mihi pollicear ullam te voluptatem ex tam ineptis scriptis percepturum, aut inde aliquid ad te rediturum utilitatis, sed quòd ea spe ducar ut mihi persuadeam aliquid mea me importunitate abs te literarum extorsurum, quibus mihi recreetur animus, et quarum lectione doctior evadam, sicque afficiar ut redeam ad pietatis studia alacrior et ardentior. Puderet procul dubio tam impudenter te, virum undequaque doctissimum, gravissimis ac maximè seriis studiis occupatum, interpellare et remorari meis nugis et ineptiis, nisi et ipsæ alicujus essent momenti et quædam secum seria ducerent. Tua ergo fretus humanitate, quam mihi tot encomiis Do. *Gryneus, communis amicus noster*³, commendavit, ac cujus impulsu priùs jam apud te aliquid audere cœpi⁴, accingar iis exponendis de quibus magnopere cupio tuam audire sententiam.

Qualis sit *rerum nostrarum conditio* non putavi prolixius proseguendum, quum id abunde narraturus sit *tabellarius*, quem nihil latere arbitror, ut pote qui non tantum mihi arctissima necessitudine conjunctus est, sed omnium etiam consiliorum et cogitationum conscius et particeps⁵. Unum est quod imprimis tecum optarim conferre, qua de re nonnihil attingi in meis ad D. *Casparem Megandrum* literis⁶. Sumus plerique, et penè quotquot penitus introspiciunt expenduntque diligentius quàm arduum hoc sit munus quo vilissimi homunciones fungimur, quos magnæ ac graves curæ teneant sollicitos et valde perturbent, quòd tam rarus appareat Evangelii fructus, tantus sit Verbi et sacramentorum contemptus, tanta fidei et charitatis inopia, tanta peccandi securitas, nullus Dei metus, nulla prorsum religio, adeò ut vereamur ne paulatim labamur in atheismum quendam, semel deleta ex animis

² Voyez le t. V, p. 374.

³ Viret avait formé des relations personnelles avec *Simon Gryneus* à Bâle, au mois de novembre 1535 (III, 372).

⁴ Voyez la lettre de Viret à Bullinger du 15 mai 1539 (N° 788).

⁵ Probablement *Jean Curie, Briton* (N°s 832, n. 41; 846, n. 24).

⁶ Cette lettre de Viret à *Megander*, pasteur à Zurich (IV, 343, 352, 412), ne paraît pas avoir été conservée.

religione et omni Dei timore excusso. Nam *quid nobis accesserit ex profligato papismo, non sentimus aliud quàm quòd*, vice abominanda illius sacrificulorum lanienae et sacrorum execrandorum, *sacras habemus conciones, ingentem quidem et preciosissimum thesaurum, felicem commutationem, nisi quem ex ea decerpere fructum debueramus defloraret praepereretque nostrorum hominum ignavia, et religionis neglectus tam impius et pertinax, ut saepe soleam cogitare, hanc nobis lucem adfulsisse quò graviores irato Domino penas nostrae impietatis et perfidiae luamus.*

Optamus omnes quidem profectum uberiores, majores pietatis auctus et incrementa : sed nihil aliud quàm optamus. Deploramus istam temporum iniquitatem, at interea nemo est nostrum qui mederi tantis malis valeat. Incertus sum planè idne nostro contingat vitio, an populi, an utriusque, quòd probabilius esse conjicio. *Meditabamur disciplinam aliquam in Ecclesiam, quae sic dissoluta est, revocare, id enim necessitas nos cogit facere : qualem verò, nobis non satis constat.* Cujus ecclesiae exemplum nobis proponamus imitandum, non satis novimus ; tum quòd quibus vivatur alibi institutis, et qua disciplina contineatur quisque in officio, haud satis liquet, tum quòd rarissimae sunt eae ecclesiae in quibus non iisdem laboretur morbis et iisdem sit opus remediis ⁷. Porro *veterem disciplinam restituere haud est in promptu nec expedit*, partim quòd non suis careat vitiis, et plurima contineat quae, ut nonnihil discedant ab Apostolorum puritate, ita reduci citra conscientiarum periculum et papismi speciem atque suspicionem non facile possunt.

Cupimus disciplinam, sed quoad ejus fieri poterit simplicissimam, purissimam et nihil ab apostolica variantem et viris verè apostolicis. Qua verò via aggrediamur hoc negotium, unde incipiamus, quorum labore, industria, fide, diligentia et favore ad hanc rem utamur, quid proponamus et deliberemus, in tanto affectum aestu, sinistris suspicionibus, religionis neglectu, haud nobis satis compertum est. *Morbos sentimus et cognoscimus, sed plus valet arte malum et in dies magis ac magis invalescit, dum nemo manum medicam admocet, nemo occupatur inquirendis antidotis, aut si qui id dent operam, aut cunctantur nimium aut non cidentur agere ea fide et diligentia quam res ipsa postulat* ⁸, atque ita semper in eodem

⁷ A comparer avec le commencement du troisième paragraphe des Nos 843, 846.

⁸ Viret fait allusion aux autorités civiles et au Consistoire de Berne.

hæremus luto et consenesimus, nihil veriti ne posteris ecclesiam relinquamus omni solutam disciplina, mirè turbatam et dissipatam, quæ priùs penè interit quàm nata sit.

Tu igitur, obsecro, aliquo consilio et admonitione hæc nos leves molestia, et hanc sedes perturbationem. Minimè enim dubium est quin vos quoque hujusmodi exerceant et exagitent cogitationes : quo fit ut sperem me vestris consiliis et monitis non parum adjumenti percepturum⁹. Saluta quæso meo nomine collegas et symmystas tuos, fratres in Domino nobis omnibus observandissimos. Salutant te *collegæ mei* et fratres qui apud nos sunt. Vale optimè et meam loquacitatem boni consule. Lausannæ, 20. Februarii. 1540.

Tuus PETRUS VIRETUS.

(*Inscriptio* :) Pietate et literis ornatissimo D. Henricho Bullingero, Tigurinae ecclesie pastori vigilantissimo. Tiguri.

852

CHRISTOPHE FABRI à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Thonon, 21 février 1540.

Autographe. Bibl. Pub. de Genève. Vol. n° 109. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 21.

S. *De negotio Caroli* nihil nunc scribo, quòd omnia superiore hebdomade viderim apud *Comitem* et *Viretum*¹, et quæ scripsistis et quæ *ipsi* ac *Zebedæus* respondent². Unum tantùm dixerim,

⁹ Nous ne connaissons pas la réponse de Bullinger ; mais nous sommes autorisé à croire qu'elle ne dut pas encourager les ministres de Lausanne à réclamer l'établissement de la discipline ecclésiastique (Voy. N° 843, n. 12, 13).

¹ Les actes de la conférence de Strasbourg (N° 822) avaient été communiqués, par *Viret* et par *Béat Comte*, à *Christophe Fabri*, lors de son passage à Lausanne, entre le 8 et le 15 février.

² La lettre des pasteurs de Strasbourg qui était jointe à la copie des *Actes* relatifs à *Caroli*, n'a pas été conservée, non plus que la réponse des ministres lausannois et celle d'*André Zébédée*. — Il paraît que le pasteur

mutuas hasce demonstrationes ad seriò quærendum Ecclesiasticam disciplinam plurimum conducere, citra quam nescio quâ possimus conscientia diutius hîc ministrare, quum hac in parte sic ab hujusmodi miseris hominibus miserè prostituamur quotidie, dum simplicitati nostræ fucum facere noverint egregiè³. Quo fit ut bonum nostrum maledicentiæ sit obnoxium.

*De negotio tuo ac fratris mihi commisso*⁴ breviter accipe. Habetis rationem divisionis et appreciationis librorum qui in sortem restram incidernut⁵. Ex quibus nonnullos mihi indicto servavi præcio usque ad summam 42 fl. 5 s. Alios partim vendidi, partim *bibliopole Lausannensi*⁶ venales tradidi. Quòd bonam partem mihi retinuerim, hac ratione factum existimetis, ne *fratris Annotationes*⁷, mihi quidem peritiles, aliis in vanum committerentur, ne dicam calumniatoribus, qui, Aranearum natura præditi, flores in venenum et retiam convertunt. Sed et multos libellos prophanos paramque pudicos⁸ hac ratione dicto retinui præcio, ex quibus (ut didici ab *ipso*) aliquid fructus decerpere potero. Nunc supputemus : Recepistis 14 ▽, quibus addantur 2 ▽, quos *Michaël* pro *Bibliis latinis* se vobis soluturum recepit⁹. Item præcium *Bibliorum* ac *Psal.[terii] heb.[raei]*¹⁰, 6 fl. 10 s., cum tribus libellis gallicis quos pro laboribus ipsi *Michaëli* ac *Guliel[mo]*¹¹ dederam, 10 s. Summa omnium quæ pro receptis sunt habenda : 82 fl. 4 s. Supersunt, ex 106 fl. 6 s., 24 fl. 2 s. Ex quibus detrahe 2 ▽ solares quos nunc

d'Orbe écrivit deux lettres au sujet de l'affaire de *Caroli* : l'une à Grynæus, vers la fin de 1539 (N° 845, renv. de n. 14), et l'autre aux pasteurs de Strasbourg, en février 1540.

³ N'y a-t-il pas là une allusion aux récentes intrigues d'*Antoine Froment* (N° 848) ? Quand ses collègues lui adressaient des réprimandes, il les menaçait d'un procès.

⁴⁻⁵ Il s'agit de l'héritage d'Olivétan, échu, pour une moitié, aux deux frères Calvin (N° 816, n. 25).

⁶ *Jehan Jaquenot* était libraire à *Lausanne* en 1538. Il eut un peu plus tard pour collègue *Gottfried Dicherr* (IV, 463).

⁷ Les annotations d'*Olivétan*, écrites sur les marges des traductions de la Bible et des nombreux commentaires qu'il avait réunis (Voyez dans le N° 816, le Catalogue d'une partie de sa bibliothèque).

⁸ Entre autres, le *Gargantua* (N° 816, n. 79).

⁹ La Bible latine publiée par Robert Estienne (N° 816, n. 23).

¹⁰ La Bible hébraïque de Venise et le Psautier qu'Olivétan en avait détaché et fait relier séparément (N°s 816, n. 29; 818, n. 20-22).

¹¹ Le libraire *Michel du Bois* et *Guillaume du Taillis*, réfugié français (N° 816, renv. de n. 24, 25, 27).

mitto : unde remanent 14 fl. 10 s. Sed vereor ne ultra medium horum ex indictis præciis decidendum postremò veniat.

De *exemplari Novi Test.[amenti]*¹², *Joannes Girardus* et *Antonius Vellensis*¹³ dixerunt pauca esse in eo præter *Joannis Michaëlis* additionem¹⁴, cujus prototypum esse asserunt. Ego tamen exactiùs id expendam. *Exemplar* verò *Bibliorum fratri Armentiano*¹⁵ *tradideram*, qui præter ea quæ ad calchographiam conferunt, nulla ferè annotamenta reperisse se asserit. Sed et ipse delusus est. Ubi enim *Pentateuchum* ab eo¹⁶ correctum extorserunt *Antonio Marc.[urtio]* et *Morando*, huic muneri incumbentibus¹⁷, illum præterierunt¹⁸. Nec defuerunt qui dicerent : « *Olivetanium quiescentem suis non indigere laboribus*. Sed iis respondeo, Anabaptisticam esse satisfactionem, quæ non satis, imò nihil, mihi ac piis omnibus faciat.

De *Petri nostri* procrastinatione ac negligentia¹⁹, si nunc enarrare liceret incommoda quæ pauperulo fratri, omnia sua piis usibus exponenti, contigerunt, abunde excusandum censeretis. Quod autem in postremis meis literis excidit, meo vertendum vitio. Quàm primùm licuerit persoluturus est omnia fideliter, et jam ipse mecum in hoc laboramus. Vale, amicorum decus. Saluta, si placet, nomine nostro, *Alexandri*²⁰ ac piorum fratrum : *Do. Capi[tonem]*, *Buc[erum]*, *Sturn[ium]*, *Hed[ionem]* et curatum cujus nomen excidit²¹. Ipse

¹² C'était probablement un exemplaire de l'édition in-8° du Nouveau Testament publiée à Genève en 1536. Il portait des notes manuscrites d'*Olivetán*, qui furent utilisées en 1538 et peut-être aussi en 1539 par l'éditeur *Jean Michel* (n. 14. Voy. aussi p. 24, n. 81 ; 31, n. 23).

¹³ *Jean Girard*, l'imprimeur, et *Antoine Pignet*, pasteur à Ville-la-Grand (N° 821).

¹⁴ Voyez t. III, p. 348, note 6. Cette édition de *Jean Michel* (1538) est décrite dans la Notice bibliographique de Théophile Dufour, p. 149-152.

¹⁵ *Antoine Rabier*, pasteur à Hermance, près de Genève (IV, 364).

¹⁶ Scil. *Olivetano*.

¹⁷ Le dit exemplaire des cinq livres de Moïse, enrichis des notes d'*Olivetán*, avait été emprunté par *Jean Morand* et *Antoine Marcourt*, qui préparaient, semble-t-il, une nouvelle édition de la Bible (Voyez p. 31, n. 23).

¹⁸ Ils mirent à profit les notes d'*Olivetán*, mais ils ne firent pas mention de lui.

¹⁹ *Pierre de la Fontaine* était le débiteur de Calvin (N° 818, renv. de n. 30-32).

²⁰ *Alexandre Sedeille*, professeur d'hébreu à l'école de Thonon.

²¹ *Matthias Zell* peut-être. Les nouveaux éditeurs de Calvin croient qu'il s'agit ici d'*Antoine Firm*.

est qui olim isthic parochum agebat, bonus vir. *Fratrem tuum* et *Enardum*²² mihi charissimos non praeferibis. Commendatissimam habete hanc ecclesiam et me potissimum ac omnes in precibus vestris. Quandoquidem *Sathan iisdem initiis ac per eosdem ruinam mihi minatur ut vobis Genevae*²³, nisi Dominus averterit. Ton.[onii] 21. feb. 1540.

Tuus quantus quantus est
CHRISTOPH. LIBERTINUS.

Quum *in reditu ex Berna*, harum turbarum gratia²⁴, *Ganchevius*²⁵ mihi occurrisset, rogatus à me, tres coronatos *Petri*²⁶ nomine tradidit, quos cum nostris duobus, pro *Petro*, tibi mittimus. Dixit enim se non pluribus teneri vobis. Quid autem *Bernae* egerim, quo vultu, quave congratulatione exceptus fuerim, nil aliud tam bre[vi] licet scribere, quam me fortè *Urium* esse.

(*Inscriptio* :) Suo Joanni Calvino, fratri et amico integerrimo. Argentine.

855

BÉAT COMTE¹ à Henri Bullinger, à Zurich.

De Lausanne, 22 février 1540.

Inédite. Autographe. Arch. de Zurich.

Etsi antehac semper vehementer videre te cupivi, et praesens de multis coram tecum agere, quae ad religionis christianae purita-

²² *Eymard Piccon* (p. 27, 29).

²³ Ce n'est pas une allusion à *Froment*. Il dut blâmer, en avril 1538, la sentence qui exilait *Farel*, *Calvin* et *Coravid*. Nous en avons, du moins, un indice très significatif dans le livre que *Marie Dentière*, sa femme, publia en mai 1539 (t. V, p. 301, renvois de n. 13-16). C'est à des pasteurs tels que *Jean Gastius* et *Adam de Retours* qu'il faut appliquer les paroles de Fabri (Voyez t. V, le commencement du N° 728 et les p. 233, 235).

²⁴ Nous avons peu de détails sur ces troubles de *Thonon*.

²⁵ *Gauchier Farel*.

²⁶ Voyez la note 19.

¹ Voyez, sur *Béat Comte*, collègue de P. Viret à Lausanne, les N°s 812, 817.

tem magnopere pertinere videntur, — hoc tamen desiderium mirabiliter ferèque supra fidem adauxerunt mihi *Libri illi duo*, quos tu *de erroris origine* singulari industria, mirabili eruditione, acerrimo judicio, anno superiore, scripsisti ². Ingenuè dicam, testante mihi Domino : nihil unquam, in ea quæ de Optimo Maximoque Deo est disciplina, quicquam in manus hominum exiisse agnosco unde ego tantùm fuerim confirmatus, tantum solidæ hauerim eruditionis, quantum ex illis tuis errorum inventis expurgatisque fontibus, quantumque ex *Amica exegesi* doctissimi atque adeò purissimi viri *Huldrychi Zuinglii* ³ : quem librum doctor ille verè christianus velut olorinam cantionem fato proximus cecinit.

Macte igitur virtute tua, Bulingere doctissime : sic itur ad astra, sic sanctis in harena christiana certantibus tryumphales coronæ recipiuntur. Jam verò quis non videt quàm acriter totus in eam sustinendam personam incumbere debes : quam jampridem magna doctorum ferè omnium expectatione, indoctorum admiratione, bonorum et in Jesu Domino piè vivere volentium gaudio suscepisti ? Quòd si porrò pergis, et sic diu sedulò cœlestis Domini talentum multiplicas (id quod maximè persuasum habeo), non equidem video quid adhuc garrire queant *Carnivori* isti et *sanguinisugi* homines ⁴, quos ego dignos — sed me reprimam, quando præsertim sine aliqua furoris specie de furiosis hujusmodi ingeniis vix mentio fieri potest.

Porrò jacet adhuc *disciplina Ecclesiastica*, neque prodeunt ii quorum partes sunt eam pro viribus erigere. De quæ etiam pluribus fortè tecum acturus eram, nisi intellexissem copiosissimè id à dilectissimo mihi *P. Vireto* factum esse ⁵. Hoc tantùm addam, cum confirmandæ ipsius querelæ gratia, tum quia nos ab ea parte maximè urit calceus, nihil nos hoc tempore æquè vehementer expetere, atque quid vos hac tota de re sentiatis. Hoc si impretamus [l. impetramus], et nos perpetuò vobis obligaveritis, et rem

²⁻³ Le traité de *Bullinger* intitulé *De erroris origine* parut pour la première fois en 1528 (N° 837, n. 10). L'auteur l'avait fait réimprimer en 1539. L'« *Amica Exegesis*, id est expositio Eucharistiæ negotii, ad Lutherum, » avait vu le jour en mars 1527 (II, 18), c'est-à-dire, quatre ans et demi avant la mort d'*Ulric Zwingli* (11 octobre 1531).

⁴ Il appelle ainsi les adhérents de la doctrine luthérienne sur l'Eucharistie (Voy. le commencement du N° 829).

⁵ Voyez le N° 851.

vestra tum eruditione, tum professione, dignam feceritis. Vale.
Laus.[annæ] 9. cal. mart. M.D.XXXX.

Tuus ex asse
BEATUS COMES donzarensis.

Symmistas tuos omnes vehementer salvare jubeo.

(*Inscriptio* :) Vigilantissimo Ecclesie Tigurinensis [pastori]
D. Heynricho Bulingero, viro mihi observando⁶.

854

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Strasbourg, 27 février (1540).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera.
Brunsvigæ, XI, 23.

Exposui diligenter fratribus nostris quæ tu collegii vestri nomine mihi mandaveras¹. Exceperunt æquissimis et animis et auribus vestras monitiones. Nam et à quibus animis proficiscantur optimè norunt, et vident non esse vana pericula quæ timetis. Dabunt igitur operam, quantum licebit in his turbulentis temporibus, ne frustra moniti videantur. Extremum illud « de sarcienda cum Tigurinis concordia², » magno argumento est, vos non satis intelligere, quanta fide sit in eo à nostris laboratum. Nullum non moverunt lapidem ex quo habitus est postremus ille conventus³, quò eorum animos aliquantulum saltem mitigarent. Nam ad solidam benevolentiam tam citò reducere, ne sperare quidem audebant. Meminerant enim et quomodo accepti illic essent, et quomodo dimissi⁴,

⁶ Le sceau porte une main, dont l'index montre cette devise : CRUX
PIETATI COMES.

¹ Voyez les cinq premiers paragraphes de la lettre de Farel du 6 février.

² N° 847, renvois de note 9-10.

³ Le synode assemblé à Zurich du 29 avril au 4 mai 1538 (t. V, p. 3, 14. — Ruchat, V, 71-84).

⁴ Voyez le t. V, p. 141, note 6.

et quæ deinde sparsæ de sua actione voces, et quæ literæ scriptæ. Quoniam verò per se parùm proficere poterant, adhibuerunt bonos omnes quibus erat aliquid authoritatis vel gratiæ apud illos, ut aliqua tandem pacificatio inveniretur, vel certè moderatio. *Interea Bullingerus epistolam illam divulgat, in qua versipelles ac vertumnos numerat inter Evangelii obstacula*⁵ : quibus nominibus nostros velut digito designari, nemo est qui non rideat. Nostri tamen tacere et suppressere tantam indignitatem, donec huc venisset *Erasmus*⁶. unus ex ministris Tigurinis. Apud eum placidè et comiter exposulavimus. Illi ne verbo quidem satisfacere curarunt. Sed aliquanto post, non sine ipsorum conscientia, *Bibliander scripsit ad Sturmium*⁷, *falsa suspitione nos torqueri. Bullingeri enim consilium fuisse, non Bucerum perstringere, sed eos qui ex agro Wirtembergensis Concordiæ accessissent*⁸ : quia professi essent, sibi non semi-

⁵ Cette Épître de *Bullinger*, adressée : « Ad Io. Traversum Rhetiæ Senatorem, » est placée en tête du livre intitulé : « Orthodoxa et erudita D. *Ioachimi Vadiani Epistola*, qua hanc explicat questionem : An corpus Christi propter coniunctionem cum verbo inseparabilem, alienas à corpore conditiones sibi sumat ?... Accesserunt huic D. *Vigilii* martyris et episcopi Tridentini libri V. pii et elegantes, quos ille ante mille annos contra Eutychem et alios hæreticos parum pie de naturarum Christi proprietate et personæ unitate sentientes conscripsit. Tiguri, Froschover, 1539, » in-8° (Gesneri Bibl. univ., fol. 379). Voyez aussi la note 8. — J.-H. Hottinger. *Schola Tigurinorum Carolina*, 1664, p. 77.

⁶ *Erasmus Fabricius* (Schmid), d'abord chanoine à Zurich, puis pasteur à Stein sur le Rhin, était bien connu des ministres de Strasbourg, parce qu'il avait diligemment évangélisé, de 1535 à 1538, les seigneuries que le comte Georges de Wurtemberg possédait en Alsace (Voyez les *Zuinglii Opp.* VII, 42, 167. — Les lettres de Fabricius aux pasteurs zuricois datées : Richeville, 15 Nov. 1535, postridie Epiphaniæ 1536. Arch. de Zurich. — Hospinianus, o. c. II, 141 a).

⁷ *Jean Sturm* (Voy. la lettre de Bullinger à Grynæus du 12 déc. 1539. Calv. *Opp.* Brunsvigæ, X, P. II, 434).

⁸ Dans sa lettre du 30 août 1539 à Myconius, que nous avons citée plus haut (p. 39, n. 15), *Bullinger* s'exprimait déjà comme il suit : « *Epistolam Vadiani* curavi prælo excudi. Adjunxi ejusdem argumenti 5 Lib. *Vigilii... Ulmen-e* illud ulcus videbatur tale emplastrum requirere. » C'est une allusion à *Schwenckfeld* et à ses disciples de la ville d'Ulm. Leurs idées sont réfutées dans un nouvel ouvrage de *Vadian* dont voici le titre : « Ad D. Ioannem Zuiccium... *Epistola* : in qua, post explicatas in Christo naturas diversas, et personam ex diversis naturis unam, Iesum servatorem nostrum, vel in gloria veram esse creaturam... docetur et demonstratur. Accessit huic... *Antilogia*, ad D. *Gasparis Schwenckfeldii* argumenta, in

per rectam Cœnæ intelligentiam constitissæ. *Bucero autem ipsi in faciem Tiguri esse dicta quæ dicenda videbantur.*

Itaque non est quod nobiscum agatur, perinde ac si per nos steterit quominus optimè conveniret, vel stet etiam hodie quominus optima fide reconciliemur. Atque, ut veriùs loquar, nos illis amici esse non desinimus utcumque, illi hostiliter nos tractent. *Si scias qua moderatione se gerant nostri, pudeat te plus aliquid ab ipsis petere. Uruntur boni viri si quis Lutherum audet preferre Zuinglio. Quasi Erangetium nobis pereat, si quid Zuinglio decedit. Neque tamen in eo fit ulla Zuinglio injuria. Nam si inter se comparantur, scis ipse quanto intervallo Lutherus excellat. Itaque mihi minimè placuit Zebedei carmen, in quo non putabat se pro dignitate laudare Zuinglium, nisi diceret : « Maiorem sperare nefas ? »* Cum cineribus et umbris maledicere inhumanum habetur : tum verò de tanto viro non honorificè sentire impium certè esset. Verùm *est aliquis modus in laudando*, à quo ille procul decessit. Ego certè tantùm abest quin illi assentiar, ut majores multos nunc videam, aliquos sperem, omnes cupiam. Quæso, mi Farelle, *si quis ita Lutherum extulisset, nonne Tigurini quiritarentur prostratum esse Zuinglium ?* Stultè, inquires. Quasi verò qui *Luthero* favent, omnes sapiant. Sed hæc tibi in aurem sint dicta.

Caroli negotio toties retractando ego quoque fatigatus sum vehementer, vel potiùs fractus. Itaque patiar te libenter in posterum quiescere, nisi novi quid acciderit. Utinam semel mihi liceret in sinum tuum familiariter deponere quid sentiam, ac vicissim tuum consilium audire, quo meliùs essemus præparati. *Optima tibi occasio erit huc concedendi, si fiet quod de conjugio speramus*¹⁰. *Expec-*

Libellum qui ab eo *Summarium* inscriptus est, collecta : quibus Christum Dominum in gloria receptum, *amplius Creaturam nullo modo esse*, contendit. Tiguri, 1540, » in-8° (Voy. C. Gesner, l. c. — C. Th. Keim. Die Reformation der Reichsstadt Ulm, 1851, p. 301-301).

Au reste, *Bullinger* écrivait à Grynæus, le 12 décembre 1539 : « Epistolam præfixi, à libello... non alienam, et quam maximè in *Schwenkfeldianos* et sui similes turgentés spiritus strinxi... Præterea in papistas, pseudoevangelicos et in vertumnos quosdam etiam scripsi... Et quum illa scriberem in Julio. erant quidam in *Sœvia* concionatores quibus egregium videbatur nunc in hanc, mox in aliam partem declinare... Amo et veneror *fratres Argentoratenses* et ecclesiam illam sanctissimam. » (Lettre du 12 décembre 1539 à Grynæus, l. c.)

⁹ Voyez le N° 840, renvoi de note 15.

¹⁰ A comparer avec le N° 846, renvois de n. 17-20.

*tamus enim puellam paulò post pascha*¹¹; *sed si mihi receperis certò te venturum, nuptiæ in tuum adventum differentur*. Satis enim habebimus temporis ad diem tibi indicandum. Hoc ergo primùm abs te summi beneficii loco postulo, ut venias; deinde ut venturum te confirmes. Omnino enim aliquem oportet istinc venire qui matrimonium sanctificet. Ego verò neminem malim quàm te. Ergo delibera an dignus tibi videar, cujus causa profectionem hanc suscipias.

Expecto quid nobis parient *tumultus illi quibus nunc Geneva exagitur*¹². Res, ut spero, aliquò inclinaverit, priusquam hac venias. *Germania*, ut solet, suspensa est magnarum rerum expectatione. Nemo enim est qui non suspicetur *Cesarem* plura moliri, quàm præ se ferat. *Nostri nunc conventum agunt Smalcaldicæ*¹³, in quo consultabunt in utramque partem : ut, sive pugnandum sit rationibus¹⁴, sive bello decernendum, non deprehendantur imparati. Hoc boni dedit nobis Deus, quòd *tres episcopi electores potiùs se nostris adiungent ad tuendam patriæ libertatem, quàm ut cum Cesare ullo modo conspèrent*¹⁵.

Ecclesiola nostra pro more suo se sustinet. *Hermannus ad Ecclesiæ societatem rediit optima, nisi fallor, fide*¹⁶. Confessus est extra Ecclesiam non esse spem salutis : apud nos veram esse Ecclesiam. Ideo defectionem fuisse quòd sectam ab ea separatam habuit. Hujus eriminis cujus se reum fatebatur, veniam petiit. De libero arbitrio, de divinitate et humanitate Christi, de regeneratione, de pædobaptismo et aliis passus est se doceri ac *nostram doctrinam amplexus est. Tantùm in prædestinatione hæsitabat, in qua tamen mihi propemodum subscripsit, nisi quòd se explicare non poterat à*

¹¹ Pâques fut le 28 mars en 1540.

¹² Les troubles qui étaient la suite de l'affaire dite des *articulants*. Genève persistait à désavouer le traité en 21 articles conclu avec les Bernois, le 30 mars 1539, par ses députés (V, 372, n. 10). Berne s'irritait de ces retards, il régnait une grande animosité à Genève entre le parti des articulants et leurs adversaires (Voy. Ruchat, V, 136-139. — A. Roget, o. c. I, 201-210. — F. Turretini. Les Archives de Genève, 1878, p. 214-222).

¹³ La diète des Protestants à Smalkalden ne devait s'ouvrir que le 1^{er} mars.

¹⁴ Allusion au *colloque* promis par l'Empereur (p. 38, n. 14-15 ; p. 127, n. 24).

¹⁵ Voyez le N^o 845, note 8.

¹⁶ N^o 846, note 9.

differentia præscientiæ et providentiæ. Deprecatus tamen est, ne ea res impediret, quominus ipse cum liberis in ecclesiæ communionem reciperetur. Ego ea qua decuit comitate illum excepi, petentique veniam manum ecclesiæ nomine porrexi. Postea baptisavi ejus filiulam, quæ biennium excesserat. Nisi me supra modum fallit opinio, est homo religiosus. Cum ipsum hortarer ad alios in viam reducendos, « minimum, inquit, est ut non minùs laborem in ædificando, quàm feci in destruendo. » *Joannes* etiam qui *Ulmæ* habitat dicitur respiscere¹⁷.

At verò, ne in hac re gloriemur, Dominus nos mille modis humiliat. Nihil enim meliùs apud nos res habent quàm istic, ubi dicis pessimè habere. Sed in rebus aliàs deploratis hoc semper solatii nobis superest, quòd non frustra Domino servimus, etiam dum in speciem videmur ludere operam. Literas ad fratres scriptas¹⁸ dabis, si videbitur, sin minus, remittes aut apud te servabis. Eos singulatim nostro omnium nomine salutabis quàm amicissimè, quanquam velim et meo seorsum. Vale, optime et integerrime frater. Salutant te peramanter omnes, præsertim *Capito, Sturmius* et *Claudius*¹⁹. Nunc *Bucerus* abest²⁰. Sed omnes simul mihi provinciam rescribendi mandaverant, cum vestras monitiones²¹ ad eos detulissem : quibus tantùm abest ut fuerint offensi, ut potiùs confirmata fuerit eorum erga vos benevolentia, quæ tamen alioqui summa est. Vale iterum, anime mi. Ego tametsi dormituro, abstrahi tamen à scriptione non possum. Argentor. 4. calend. Mart. (1540)²².

CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Farello²³.

¹⁷ *Joannes Bomeromenus* ou *Jehan Stordeur* (t. V, p. 438, n. 27) ?

¹⁸ Cette réponse des pasteurs de Strasbourg à la lettre des ministres neuchâtelois (renv. de n. 1, 21) avait été composée par *Calvin*.

¹⁹ *Claude de Fer* ou *Féray*.

²⁰ *Bucer* devait assister à la diète de Smalkalden.

²¹ Voyez le N° 847.

²² Le millésime est déterminé par le contenu de la lettre.

²³ Cette adresse n'est pas de la main de *Calvin*.

855

LÉON JUDE¹ à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Zurich, 29 février 1540.

Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1575, p. 22. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 26.

Gratiam et vitæ innocentiam a Deo Patre per Christum !

Superioribus annis, vir doctissime, Epistolas duas dedisti, non tantum doctas, sed etiam valde utiles et necessarias, maximè præsentis rerum statu². Has ego ambas verti Germanicè, ut et ii fructum harum perciperent qui Latinè ignorant. Altera quam ad Episcopum³ scripsisti, Basileæ excusa est mea opera : alteram noluerunt excudere typographi, metu periculi fortasse deterriti. Nam in hac liberrimè et pro Christiana παρρησία loqueris quo pacto se gerant qui sub Papæ tyrannide vivere ac degere coguntur, damnans interim eos qui utroque genu claudicant, et non tam Deo quàm Papæ servire volunt, putantes satis esse si Fidem corde veram et inconcussam servant : etiamsi corpus sanguine Christi consecratum foris idolis prosternant et inclinent, consortes simul Satanæ et Christi, si fieri posset.

Hanc ergo receptam Zuikio⁴ misi Constantiensi, qui eam non sine gratulatione legit, rogans ut sibi per me liceret ut Augustam eam epistolam mittat excudendam : se scire quendam qui eam typis mandare velit, modò auctoris nomen (quod ego tuo bono in versione suppresseram) permittatur præfigi. Hic ego pro te nihil dicere potui vel asserens vel negans : statui ergo expiscari literis tuam voluntatem, eamque à te receptam Zuikio rescribere. Tu ergo, fra-

¹ Voyez, sur *Léon Jude*, pasteur et professeur à Zurich, la p. 81 et les Indices dest. III, IV, V.

² Voyez, sur ces deux *Épîtres*, le t. V, p. 163, n. 3.

³ *Gérard Roussel*, évêque d'Oléron.

⁴ *Jean Zwick*, pasteur à Constance.

ter, si consultum reipublicæ Christianæ velis, et succursum multorum conscientis, non negabis ut præfigatur nomen tuum, quam alea semel jacta sit. Non enim te eum puto qui ob declinandam invidiam aut periculum, tantum fructum impedire velis. Non dubito, si liber hic evulgetur, multos fore qui abjecto jugo pontificio et excusso metu in castra Christi libero spiritu sint advolaturi. Tu vale, doctissime vir, et mentem tuam hac in re mihi literis significa primo quoque tempore ⁵. Tiguri, ultima Februarii M.D.XL.

LEO JUDÆ tuus.

856

JEAN CALVIN à Henri Bullinger, à Zurich.

De Strasbourg, 12 mars (1540).

Minute autographe. Copie avec signature autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 27.

Gratia tibi a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo, frater mihi observande!

*Nescio qui factum sit ut totum ferè sesquiannum ex quo huc concessi, nihil ad te literarum prorsus dederim*¹, cum et sæpe habuerim in animo id facere, nec deesset argumentum et oblata fuerit non semel occasio. Sed cum primis mensibus non venisset in mentem et jam aliquantum temporis præterisset, quasi amissa opportunitate, factus sum in posterum negligentior. Nuper verò cum *Erasmus* vester², dum hic apud nos erat, operam mihi suam obtulisset ad ferendas literas, si quas vellem scribere, avidè arripui quod maximè expetebam. Promisi ergo me scripturum. Quia tamen

⁵ On ne possède pas la réponse de Calvin, mais on sait qu'elle fut très amicale (Voy. sa lettre à Farel du 29 mars).

¹ La précédente lettre de *Calvin* à Bullinger fut écrite entre le 6 et le 10 juin 1538 (V, 21). Le traducteur anglais interprète exactement le mot *sesquiannum*; et cependant, contre toute vraisemblance, il place la présente lettre en 1539 (Voy. Letters of John Calvin. Philadelphia, t. I, n° xxxi, p. 112).

² *Erasmus Fabricius* (N° 854, note 6).

serò domini è diversorio ejus redieram et ipse postridie manè abire statuerat, profectionem ejus nolui morari, quanquam pro sua humanitate paratus erat expectare, si tantum mihi placere indicassem. Sed quò erat ad obsequendum propensior, eò magis puduit ipsum rogare, præsertim cum possem triduo post literas submittere *Basileam*, unde facilè ad te perferri poterant. Tametsi autem illa quoque opportunitas mihi elapsa erat, putavi tamen mihi aliquando agendum esse quod nimis diu distuleram.

Quid autem potius, mi Bullingere, hoc tempore agamus scribendo, quàm ut fraternam inter nos amicitiam et conservemus quibuscumque possumus modis et confirmemus? Videmus enim quanti inter sit, non nostra modò sed totius Christiani nominis, eos omnes quibus aliquam in ecclesia sua personam imposuit Dominus, vera inter se consensione conspirare. Id quoque videt Satan ipse, qui dum exitum regno Christi modis omnibus machinatur, nullam in rem magis incumbit, quàm ut dissidia inter nos serat, vel certè alios ab aliis utcumque alienet. Proinde officii nostri est ejusmodi artibus obviàm ire, et quò magis nititur hostis ille noster conjunctionem nostram distrahere, eò constantiore animo ac intentiore cura eniti ad eam fovendam. *Cum autem sedulò nobis id curandum est, ut cum omnibus Christi ministris societatem amicitiamque colamus, tum verò imprimis contendere in hoc nervos omnes necesse est, ut ecclesie quibus verbum Domini administramus, fideliter inter se consentiant. Ego amicitiam nostram, quibus auspiciis imita est³ et quibus nunc fulguris sustinetur, salvam atque integram ad extremum fore confido.* Ego certè quantum in me erit daturum me operam recipio ut firma perseveret. Nam quia semper tibi plurimum detuli, singulari etiam dilectione, ut par erat, complexus sum, nec isto in te animo unquam esse desinam.

Inter hanc ecclesiam ac vestram, tametsi video nihil esse dissidii aut simultatis, plus tamen conjunctionis vel potius necessitudinis, esse cuperem. Unde autem id fiat, quominus sic inter se cohereant ut desidero, non audeò statuerè, nisi quòd animadverto infaustè

³ Calvin avait fait la connaissance personnelle de Bullinger à Bâle, au moment où les églises réformées de la Suisse signaient leur confession de foi (février 1536, t. IV, p. 4; 255, n. 5; 283, lign. 17-21).

Peu de temps après il offrit au pasteur de Zurich, avec un *ex-dono auctoris*, un exemplaire de l'*Institution chrétienne*, qui sortait des presses de Thomas Platter et C^{ie} (Communication obligeante de M. le ministre Félix Bovet).

*illius contentiōnis reliquias nimium animis nostris adhærescere*⁴. Hinc sinistrae multae suspiciones, quae ubi nos semel occuparunt, nulla inter nos solida amicitia aut esse aut diu stare potest. De *nostris* hoc certè polliceri atque etiam spondere ausim, nihil eos magis cupere quàm ut, depositis omnibus discordiis, fraternam amicitiam sincerè vobiscum colant. Deinde non aliud querere concordiae vinculum quàm puram Dei veritatem. De *Capitonis* sinceritate, quia satis perspectam vobis esse puto, non multùm loquar; pro *Bucero* respondebo non esse causam cur ulla in re debeat vobis esse suspectus⁵. Tametsi enim singulari perspicentia judicijque acumine præditus est, nemo tamen est qui religiosiùs studeat in simplicitate verbi Dei se continere, ac alienas ab ea argutias non dico minùs captet, sed magis oderit⁶. Jam si quid in eo desideratis, qua est modestia et facilitate, non modò admoneri à vobis sed etiam objurgari, si opus est, sustinebit. Tantùm ostendite, eam vos nobiscum expetere communicationem quae servis Christi inter se esse debet.

*De controversia ipsa*⁷ non est quòd tecum agam. Res enim est quae vix per literas possit expediri. Et ego fortassis temerè arroganterque facere videar, si quid in eo genere tentare ausim⁸. Temperare tamen mihi saepe nequeo, quin cupiam mihi occasionem aliquam dari hujus quæstionis coràm tecum familiaritèr tractandæ ac disceptandæ. Scis enim me nunquam tecum sic verbis de ea contulisse, ut scire possim quid plenam inter nos consensionem impediât⁹. Quia autem, quidquid illud est, indignum esse sentio quod dissidiij causam nobis præbeat, peto abs te, mi Bullingere, vel potiùs te etiam atque etiam obtestor, ut non modò ab omni odio et contentione, sed ab omni etiam offensionis specie simus alienissimi. Ignosce meae sollicitudini. Neque enim hæc dico, quòd vel de prudentia tua, vel de

^{4,5} A comparer avec les N^{os} 835, note 70; 854, renvois de note 2-9.

⁶ Ce jugement ne s'accorde guère avec celui de Bullinger (p. 77, en note).

⁷ Scil. de *Cæna Domini*.

⁸ Calvin avait cependant exposé ce sujet en vrai théologien, dans les deux premières éditions de l'*Institution chrétienne* (Voyez aussi la seconde partie du N^o 835), et il allait publier prochainement son traité populaire, intitulé : *De la sainte Cène de nostre Seigneur Jésus-Christ*.

⁹ Lorsque Jean Calvin avait revu Bullinger, à la fin d'avril 1538, à Zurich, les délibérations du synode ne leur avaient pas laissé le loisir de s'entretenir familièrement (N^o 854, n. 3). Mais plus tard ils s'expliquèrent et se trouvèrent d'accord sur la doctrine de la sainte Cène.

voluntate, vel de animi firmitudine constantiaque dubitem. Sed *habet hoc proprium charitas, ut dum nihil non sperat, sit tamen interim sollicita. Deinde si consideras quot undique pericula, præsertim hoc infelici nostro sæculo, nos circumstent atque obsideant, locum, ut spero, meæ huic simplicitati, nedum veniam, concedes.*

Vale, eruditissime vir atque integerrime. Saluta quæso mihi reverenter fratres omnes, *Pellicanum, Leonem, Theodorum*¹⁰, *Megandrum* et alios, quos ego in Domino bona fide veneror. Utinam me quoque liberè admonere ne graveris! Argentorati, 12 Martii (1540)¹¹.

CALVINUS tuus.

*Isti boni viri Galli sunt honestis familiis nati, quos ad hanc perfectionem suscipiendam curiositas non improba vos regionemque istam visendi impulit. Eos igitur qua soles humanitate quæso excipias*¹².

857

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

(De Strasbourg) 29 mars 1540.

Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1576, p. 413. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 30.

CALVINUS Farello.

Jam frustra tam diu literas tuas expectavi, ut dubitem an debeam ampliùs expectare¹. Sustinet tamen adhuc spem meam illarum desiderium, ac paucos etiamnum dies sustinebit. Verùm si quando sperare desiero, senties quàm indignè tulerim hanc frustrationem. Ac eò minùs ferenda est tua negligentia, quòd tam copiosum

¹⁰ *Léon Jude et Théodore Bibliander* (Buchmann).

¹¹ Voyez la lettre de Calvin du 29 mars 1540, où celle-ci est mentionnée.

¹² Cès Français furent probablement les compagnons de voyage des deux étudiants recommandés par Calvin à Viret (Voyez le N° 858).

¹ Il attendait de *Farel* une lettre annonçant son prochain voyage à Strasbourg (N° 854, renv. de n. 10-12).

scribendi argumentum præbet tibi *Geneva* hoc tempore². Tametsi enim mihi scripsit *Tulearis*, non tamen assequor ad liquidum ex ejus verbis qualem habuerit catastrophem illa fabula³. *Michaël* etiam *typographus*⁴ mihi, *Blechereti*⁵ verbis, indicavit, reditum illuc mihi posse confici. Sed centum potius aliæ mortes quàm illa *crux* : in qua millies quotidie pereundum esset⁶. Tecum hoc obiter communicare volui, ut pro virili occurras eorum consiliis qui me illuc retrahere tentabunt. Atque ut ne contra rationem tendere videar, consilium meum tibi exponam, si quando petieris.

De conjugio adhuc suspensi sumus : quod ideo me malè habet, quia instant propinqui nobilis illius *puelle*⁷, at eam mihi sumam. Quod nunquam facturum sum, nisi Dominus mentem penitus mihi

² Voyez la note 3 et le N° 854, note 12.

³ La lettre de *Guillaume du Taillis* à Calvin ne pouvait pas annoncer le dénoûment des difficultés politiques où se trouvait *Genève*. On sait que les trois députés *articulants* (*Jean Lullin*, Ami de *Chapeaurouge*, *Jean-Gabriel Monathon*, t. V, p. 372, n. 10) étaient, avec *Claude Richardet* et *Jean Philippe*, les chefs du parti qui avait provoqué le bannissement des Réformateurs, en exploitant contre eux l'affaire de la Confession de foi et celle des cérémonies (IV, 331, 340, 341, 403, 404, 428). Le parti opposé, celui des *Guillermius*, exploitait, à son tour, le traité impopulaire conclu avec les Bernois par les députés *articulants*. Ceux-ci avaient été mis aux arrêts le 27 janvier 1540. Mais, déjà le dimanche 1^{er} février, ils étaient libérés sous caution, par l'ordre du Conseil général, qui décidait aussi qu'une réconciliation publique aurait lieu immédiatement entre tous les citoyens divisés. Ce même jour, le peuple confiait la charge de capitaine général à *Jean Philippe*, et, le 8 février, dans l'élection des syndics et du Petit Conseil, il tenait la balance égale entre les deux partis (Voyez *A. Roget*, o. c. I, 204-208. — *Kampschulte*, o. c. 358-368).

Il n'y avait pas là de quoi autoriser les *Guillermius* à dire (comme on le voit plus bas) que le retour de *Calvin* était, dès lors, devenu possible. Mais ils comptaient, sans doute, sur les fautes de leurs adversaires, et ils savaient que les Bernois ne réussiraient pas à protéger ceux-ci contre le mécontentement du peuple. *Genève* n'avait-elle pas écrit à Berne, le 25 janvier : « Avant que de consentir au dit traité, [nous] mettrons plus-tôt le feu à notre ville ? » Et, le même jour, ou peu après, quelques citoyens ne craignaient pas de dire en Conseil général : Nous sommes plus opprimés par les Bernois, et plus tourmentés par leurs officiers que nous ne l'étions sous un duc de Savoie (*Manuel de Berne* du 31 mars 1540).

⁴ *Michel du Bois*.

⁵ *Jean-Louis Blescheret*, « *Jurium Doctor*. » Les magistrats genevois le consultaient fréquemment.

⁶ *Calvin* s'exprimait moins énergiquement en 1539, quand on lui parlait de son retour à *Genève* (V, 252, 253, 290, 291).

⁷ Voyez p. 167, 168, renvois de note 17-20.

abstulerit. Quia tamen molestum est recusare, præsertim talibus, qui sua benevolentia me obruunt, cupio vehementer me hac difficultate liberatum. Brevi tamen hoc futurum speramus.

His diebus quatuor aut quinque, totam de ea re sollicitudinem adimet mihi alia occupatio, quæ me aliquantulum exercebit. *Quoniam temerè ad Cœnam irrumpebant multi, cum die Paschatis edicere futuram nobis Cœnam proximo die Dominico⁸, simul denunciavi, neminem admissum iri à me qui non priùs se ad probationem obtulisset⁹. Præcipua autem difficultas erit in corrigenda stolta cupiditate, quæ Gallos quosdam sic occupavit, ut vix revelli ex eorum animis queat.* Scis leges illas esse latas, ut scholastico habitu contenti gladios deponant, ut nomina edant apud rectorem et similes¹⁰. Eas ut eludant, ejurant professionem literarum. Sed *quia apparet manifesta contumacia, eam statui nullo modo ferre. Malo enim abeant omnes, quàm ut hic maneant cum disciplinæ jactura.*

Rogavit me nuper *Leo Judas*, ut sibi *Epistolam meam, ex duabus illis quas ante annos quatuor scripsi¹¹ priorem*, edere Germanicè liceret addito nomine. Alteram enim sine nomine his nundinis publicavit, qua scilicet papisticos episcopos demulceo et adolor¹². Responsio quam dedi fuit peramica, sed tamen simul acres monitiones continebat. Paulò ante simili ferè argumento scripseram ad *Bullingerum*¹³. Si bene succedet, scies quid consilii capiam.

⁸ C'est-à-dire, le dimanche 4 avril, Pâques tombant cette année-là sur le 28 mars.

⁹ C'était précisément cet « examen » des communicants qui devait occuper Calvin pendant quatre ou cinq jours.

¹⁰ A comparer avec la p. 157, note 21.

¹¹ Voyez le N° 855. Nicolas des Gallars (Préf. des *Calvini opuscula omnia*, 1552) et Bèze (Vie franç. de Calvin, 1565) affirment que ces deux épîtres furent « écrites d'Italie. » Elles avaient donc été composées pendant le séjour de l'auteur à *Ferrare*, c'est-à-dire en 1536, et M. Douen s'est trop avancé quand il a dit, o. c. I, 210, que « le véritable lieu d'origine » de la seconde épître, adressée à Gérard Roussel, « est Genève et non Ferrare. »

¹² La seconde épître s'adresse, en réalité, à tous les évêques de l'église romaine. L'auteur en avertit Roussel dans les termes suivants : « Hanc epistolam sic tibi destinavi, ut qui in eadem (ut dicitur) tecum navi vehuntur, omnes sibi scriptam intelligant. Nam neque in uno sacerdotii genere tractando (quod tibi satis erat) eam consumere, sed per universam vestrarum opum colluviem deducere in animo est : et stylum ita studebo temperare, ut non cum uno duntaxat homine, sed toto simul ordine mihi esse negotium appareat. »

¹³ Voyez le N° 856.

Nostrî adhuc in consultatione desident. Tempus autem ideo sic proferunt, quia nondum certum responsum habent a *Cæsare*¹⁴ : qui tamen multò mitiorem se ostendere incipit. Ferociam ejus nonnihil domuit congressus *Angli* cum *rege nostro*¹⁵ : qui multum momenti habere poterit ad commutandas omnes ejus rationes. Hoc sophismate usus fuerat¹⁶, ut *regi* nulla in re fidem suam obstringeret : multis autem ac liberalissimis spebus ipsum inflaret. Jam ergo *rex* sibi *Mediolani* esse videbatur. Nuper autem cum animum ejus tentaret per legatum, comperit non faciliè eò adduci posse. Dicitur enim rerum omnium optionem detulisse *regi* : modò ne *Mediolanum* peteret. Ea igitur de causa profectus est ad illum *Conuestabilis*¹⁷, qui si non impetraverit, paratiores fore ad bellum

¹⁴ Les ambassadeurs des États protestants n'avaient pu aborder l'Empereur à Bruxelles. Il les reçut à Gand le 24 février; mais il ne leur donna une réponse que le 14 mars, et encore était-elle peu explicite. « Pridie idus Martii, *Cæsar* protestantium legatis per *Cornelium Scepperum* [I, 205] respondet, benignè quidem sic satis, verùm ita tamen, ut, an pacem præstare vellet, intelligi non posset » (Voy. Sleidan, II, 155-158, 161. — Les lettres de Georges de Boineburg et de Sibert de Leuenburg au landgrave de Hesse des 16, 25, 29 février, 9 mars, et celle des ambassadeurs à Jean-Frédéric de Saxe du 14 mars 1540. Neudecker. Merkw. Aktenstücke, p. 193-229).

¹⁵ *Henri VIII* ayant inutilement recherché en mariage (1537-1538) Marie de Lorraine, qui était fiancée à Jacques V, roi d'Écosse, sollicita *François I* en 1539, sous prétexte d'affaires, de lui accorder une entrevue qui aurait lieu à *Calais*, et dans laquelle il choisirait pour épouse l'une des sœurs de la reine d'Écosse. *François I* refusa l'entrevue (Voyez Hume. Hist. d'Angleterre. Yverdon, 1781, VIII, 377, 378. — Lingard, o. c. VI, 445). Les relations entre ces deux monarques s'étaient considérablement refroidies, à cause des nouveaux rapports de la France avec l'Empereur (Voyez H. Martin, o. c. VIII, 255).

¹⁶ Sous-entendu *Cæsar*.

¹⁷ Au mois de janvier, le *Connétable* avait accompagné jusqu'à Valenciennes *Charles-Quint*, auprès duquel il avait laissé Georges de Selve, évêque de Lavaur, pour lui rappeler ses engagements au sujet du Milanais (Voy. N° 846, n. 13. — Gaillard, o. c. III, 79, 80). L'Empereur, qui destinait à son fils la domination exclusive de ce duché, espérait éblouir *François I* par un vaste projet de transaction. « Il lui proposa (fin mars 1540) de renoncer à *Milan*, de rendre les États de Savoie..., de renouveler sa renonciation à tous droits de suzeraineté sur la Flandre; à ce prix, l'empereur offrait de renoncer à toutes prétentions sur le duché de Bourgogne et de marier sa fille aînée au duc d'Orléans, avec les Pays-Bas, la Franche-Comté et le Charolais pour dot. Les Pays-Bas et la Comté pourraient être érigés en royaume... C'était la reconstitution de la mai-son de Bourgogne sous la protection de l'Espagne et de l'Empire...

quàm unquam fuerint suspicamur. Neque verò in tanto rerum cardine cessabit *Anglus* : multò etiam minùs *Admiraldus*¹⁸, qui in pristinum honoris ac gratiæ locum restitutus est. Ante paucos menses videbimus, nisi fallor, miram scenæ conversionem. Sed interim ardentè rogandus est Dominus, ut in hac *nostris* et consilium expediat, et animum confirmet.

Dominus vos omnes diu sibi incolumes servet! Imprimis vale, integerrime frater. Salutant te *Capito*, *Sturmius*, *Bedrottus*, *Claudius*, frater meus. *Nicolaus*¹⁹ et alii nesciverunt me scribere. 4. Calen. April. 1540.

858

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Strasbourg, en mars ou en avril 1540¹.)

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. *Calvini Opera*.
Brunsvigæ, XI, 34.

Gratia Domini tecum!

Quia *hi duo juvenes* valde familiariter et amicè vixerunt me-

François ne s'y laissa pas prendre : il montra une irritation profonde, et ne voulut plus aller visiter l'empereur à Bruxelles, ainsi qu'il l'avait annoncé » (H. Martin, VIII, 263, 264).

¹⁸ Il nous paraît invraisemblable que ce soit *l'amiral d'Angleterre*, William Fitz-Williams, comte de Southampton, ainsi que l'affirment le traducteur des Lettres de Calvin et les éditeurs des *Calvini Opera*. Sa prétendue disgrâce est ignorée de Burnet, Thoyras, Hume et Lingard. « Ce n'était pas l'usage d'Henri VIII de perdre à demi ses favoris et ses ministres. » A supposer que Fitz-Williams fût l'homme d'état anglais le plus puissant, Calvin n'aurait pas eu l'idée de dire : Il sera encore plus hostile à l'Empereur que son maître Henri VIII. Mais, en énumérant les ennemis de Charles, il était naturellement conduit à mentionner, après le roi d'Angleterre, *l'amiral de France*, Philippe Chabot de Brion (III, 365) qui avait toujours désapprouvé l'alliance impériale et qu'on disait, mais à tort, placé à la tête du ministère français. Cet ancien favori de François I avait été renversé par Montmorenci et emprisonné sur l'ordre du Roi (16 février 1539). Son procès durait encore (Voy. H. Martin, VIII, 250, 265-267).

¹⁹ *Nicolas Parent*.

¹ Voyez les notes 3, 4.

cum², *major* etiam, qui notam gerit in oculo, conjunctissimè, nolui permittere ut *urbem vestram* præterirent te insalutato. Partim ut te viderent, ac si ita ferat opportunitas, tædium fatigationemque ex itinere contractam colloquio tuo levarent : partim ut eos de statu nostro posses interrogare, ac rebus omnibus quæ hic aguntur. Nam nihil est quod non teneant, et non detrectabunt tibi referre, siquidem per occasionem itineris licebit. Id excipio, quia non libenter *quos nacti sunt comites*³ deserent, propter viarum difficultatem.

Cæterùm quòd nihil abs te literarum recipio, et mihi permolesum est, et nostra amicitia valde alienum. Proinde vide ut postac sis hac in parte officiosior solito, nisi vis mihi expostulandi causam dare⁴. Saluta mihi amantissimè collegas tuos *Comitem* et *Jacobum*⁵, *Cornelium*, *Conradum*⁶, *uxorem* et *materteram*⁷. Dominus vos omnes conservet!

CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Optimo fratri meo Petro Vireto, Lausannensis ecclesie ministro fideli⁸.

² Nous conjecturons qu'il s'agit ici des frères *de la Fontaine* (Voy. la lettre de Calvin à Viret du 19 mai, où il mentionne *Fontaninos fratres*).

³ Probablement les mêmes Français que Calvin recommandait à *Bullinger* le 12 mars (N° 856, post-scriptum), et qui visitèrent *Farel* dans la première quinzaine d'avril (N° 860, au commencement).

⁴ Dans sa lettre du 19 mai, Calvin se félicite d'avoir forcé Viret à rompre enfin un silence de plusieurs mois.

